



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

V. Nobilitas rusticanos caedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

II. plura diximus) fuit oratio, ex aliorum scriptis à nobis excerpta. Sic vero credulum vulgus Muncerus dementaverat, ut quo vellet, eos facile inclinaret, ut qui ab ipſis pro vate cœlitus ad depellendam ab ipſorum cervicibus ſervitutem miſſo, à plerisque haberetur.

V. Dum ita Muncerus cum ſuis ſecure agit, Nobilitas arma capit, & ſeditioſos paſſim invadit, vario rerum ſucceſſu, qui iam plerique tandem victi ac proſtigati, aut in prælio occubuerunt, aut carniſicis manibus interempti ſunt. Horribiliſtum admodum primo Muncerianorum, deinde reliquorum paſſim tumultuantium ſtragès fuit edita. Quidam ad ducenta fere iſtorum hominum, nec pedibus ad fugiendum, nec manibus ad pugnam dum inſtructorum, millia varijs cladibus abſumpta prodiderunt, victorum tandem quoque ira in miſericordiam vertente. Et proſecto excors ſit qui aut de vulgo conſtantiam, aut ab effeminatis & imbellibus victoriam ſibi promittat. Seditioſiſ huius ſcintillæ ad Franciæ uſque limites evolarunt, ſed à Lotharingæ Duce non ſine multorum cæde nempe 18000. ruſticorum mature exſtinctæ ſunt. Ecce tibi primos Lutherana doctrina fructus, à Petro Godalio quinque libris prolixè deſcriptos: Ecce Apocalypticæ Locuſtas ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum coronas libertatis & independentiæ &c. quæ breviter tantum attingere volui, inſtituti mei memor. Neque, opinor, ægre feret Lector, in alium locum eadem à me differri. His enim ſi hoc loco recenſendis diutius immorari velim, neque citra horrorem illud facturus, & libri prolixitate Lectori ſtultitium ſim allaturus. Quare ad ea quæ plurima mihi diceſſenda reſtant, me accingo; quanto plus, & quidem difficilis admodum itineris, reliquum eſt, tanto incitatiore paſſu progreſſurus.

VI. Ad horum malorum cumulum complures deinde aliarum miſeriæ & calamitates acceſſerunt. O quanta Dei eſt potentia! quam gravis ipſius eſt manus! Felix ille, qui ſub diviniæ & æternæ providentiæ alas ſe recipiens, ſpei ſuæ anchoram ſibi iacit quò nulla rerum mundanarum tempeſtas aut calamitas perſtingere poteſt! Miſera quidem Germania, quam primum ſchiſmati favere cœpit, præſentem ſtatim divini numinis ultionem ſenſit. Primo enim toris ſeptem annis acerbiffima eam famēs affixit: deinde novum morbi hæſtenus incogniti genus eam invaſit, & breviffimo temporis ſpacio incredibilem hominum multitudinem ab-

ſumpſit. Vulgo, neſcio quam ob cauſſam, ſudor Anglicus morbus hic dicebatur, eò fortaiſſis quod primus ſchiſmatis auctor ex Anglia prodierit, quod deinde ſcriptis eius in Bohemiam illatis valde fuit auctum; ac tandem à Luthero per univerſam Germaniam propagatum, qui Saxonum auxilio Eccleſiæ oppugare tanto facilius ſibi putabat, quod ab Huſſitis & viribus & numero inferioribus iam oppugnata eſſet, ac contagio, quæ pene quod reliquum erat mortalium depaſta fuit. Ita que omnia elementa in hominum perniciem conſiſſe videbantur. Cœlum enim multa ac crebra lugubria ſigna ac prodigia oſtenderat: & Mare limites à Natura ſibi poſitos egreſſum, & vicina longe lateque inundans, ingentem hominum dederat ſtragem. Illud à nonnullis obſervatum, & à ſancto quodam homine dictum eſt, nullam unquam eluvionem aut terræ motum exſiſſe quin ſingulare aliquid portenderiat. Illo vero tempore quo prima conſiſſionis ac ſeditioſiſ, quæque eas conſequuta ſunt malorum ſemina ſpargi cœperunt, quod fuit Anno M.D.XXIV. & ſequenti, admirabiles plane atque inuſitati à Mathematicis notari ſunt Planetarum poſitus atque aſpectus, & impendentes miſeriæ ac calamitates prædictæ. Viginſi illarum conſiſſiones, de quibus dixi capite ſecundo meſe Februario factæ ſunt: de quibus ſedecim in ſigno Aqueo contigerunt, omnibus Planetis cum Sole in ſigno bicorporeo conſiſſis: ex quibus proculdubio (ſi modo quidquam Astrologorum prædictioſibus tribuendum eſt) religionis mutatio, ut poſt omnes Astrologos ego quoque ſupra notavi, fuit præſignificata. Tanto vero conſiſſiones illarum viginſi magis ſunt admirabiles, quod nunquam eodem meſe contigiſſe reperiantur. Planetarum enim periodi tam inter ſe diverſæ ſunt, (quum unus triginta, alius duodecim, alius uno anno, alius etiam viginſi octo diebus curſum ſuum abſolvat,) ut tam multæ unum in meſem coincidentes conſiſſiones ſumma admiratione dignæ merito videantur, quas quidem Luthero & reliquis ſchiſmaticis cœlum terræ miſcentibus, contigiſſe iam diximus. Sed & alia non minus mira prodigia, certiffimi diviniæ iræ contra nos præcones ac nuncijs, in cœlis paſſim conſpecti ſunt: quibus Lutherus quoque in libello contra duodecim articulos ruſticorum Principes terret, & quamvis pacis ſtadium præ ſe ferat, crudeliſſimum eis bellum comminatur. *Is, inquit, eſt hodie revertum*

Ec

ſta.